

Letter 154: 22 February 1523, Nürnberg, Capito to Heinrich Stromer

The manuscript of this letter is in the Stiftsbibliothek Zeitz, Katalog p. 29, f. 59r

S. D. Literas his adiunctas celerrime proprio nuncio ad Reverendissimum et Illustrissimum Dominum Cardinalem mittas. Nova multa, sed prius haud dubium omnia nosti. Rhodum expugnatum et Venetos instruere apparatus pugnae Turcicae maximo conatu certissimum est. Utut principes libentius credunt, quae esse velint, nempe Turcam re infecta bellum rettulisse.

5 Nobiles et comites arctissimis foederibus coeunt. O quae tempestas, qui fluctus rerum imminent! Hic regnat Christi doctrina, si uspiam regnat. Et Dominicus noster dux est verbi. Vale, candidissime patrone ac amice. Norinbergae. Dominica Invocavit anno 1523.

W. Fabritius Capito.